BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Ecce dominus egredietur de loco
suo ut uisitet iniquitatem habita
toris terre contra eum. Et reuelabit
terra sanguinem suum et non operiet
ultra interfectos suos. XXVII
In die illa uisitabit dominus in gla
dio suo duro et grandi et forti super leui
athan serpentem ueterem et super
leuiathan serpentem tortuosum
et occidet cetum qui in mari est. et
in die illa. vinea meri cantabit ei
ego dominus qui seruo eam repen
te propinabo ei ne forte uisitetur eam
contra eam. Nocte et die seruo eam.
indignatio michi non est. Quis da
bit me spinam et ueprem in prelio
gradiar super eam. succendam eam
pariter. an potius tenebo fortitudi
nem meam. pacem faciam michi
Quia egredientur in petu abiacob
florebit et germinabit israel et implebit
faciem orbis semine. Nunquid iuxta
plagam percutientis se percussit eum
aut sicut occidit interfectos eius
sic ~~occidit~~ occisus est. In mensu
ra contra mensuram cum abiecta
fuerit iudicabit eam. meditatus
est in spiritu suo duro per diem estus
Id circo super hoc dimittetur iniqui
tas domui iacob. et iste omnis fruc
tus ut auferatur peccatum eius. Cum
posuerit deus omnes lapides alta
ris. sicut lapides cineris allisos non
stabunt luci et delubra. Ciuitas u
munita desolata erit. et speciosa di
mittetur. et relinquetur quasi de
sertum. Ibi pascetur uitulus et
ibi accubabit. et consumet summi
tates eius. In siccitate messis illius
conterentur mulieres. uenientes et
ducentes eam. Non est populus enim
sapiens. propterea non miserebitur eius
qui fecit eum. et qui formauit eum
non parcet ei. Et erit in die illa per
cutiet dominus ab aluco fluminis
usque ad torrentem egypti. et uos con
gregabimini unus et unus filii israel. et
erit in die illa. clangetur in tuba quoque
magna. et uenient qui perditi fuerant
de terra assyriorum. et qui electi erant
de terra egypti. et adorabunt dominum in mon
te sancto in iherusalem. XXVIII
Ue corone superbie ebrius
ephraim. et flori decidenti
gloria exultationis eius.
qui erant in uertice uallis pinguis
sime erantes a uino. Ecce ualidus
et fortis dominus. sicut impetus
grandinis. et turbo confringens. et
sicut impetus aquarum multarum
inundantium. et emissarium super
terram spatiosam. Pedibus concul
cabitur corona superbie ebriorum eph
raim. Et erit flos decidens gloria
exultationis eius. qui est super uerti
cem uallis pinguium quasi tempora
neum ante maturitatem autumpni.
Quod cum aspexerint uidens
statim ut manu tenuerit deuora
bit illud. In die illa erit dominus
exercituum. corona glorie. et sertum ex
ultationis residuo populi sui. Et spi
ritus iudicii sedentis super thronum et
fortitudo reuertentibus de bello ad
portam. Verum hi quoque per uino
nescierunt. et pre ebrietate erra